

item חכמת חכמות *videtur enim argumentum Orthodoxis eripere velle, quo pluralitatem personarum in divinitate adstruere solent, perinde ut Judaei X. ספירות, vel saltē Trinitatem inficientes non damnare, quod Remonstrantium est commune Symbolum. sed quid fiet Gen. XLII. 30 Ex. XXI. 29?*

§. 22 Ceterum *לע* commodius annectitur prioribus & redditur SUPRA, ita B Lutherus: *Antichristus h. e. Papa & Turca non extolluntur super Deum in substantia sua, sed super Deum in predicamento relationis. qui est Deus predicatus verbō & manifestatus cultu. Nec non Robertus Cardinalis Bellarminus: Nullum omninō superiorem agnoscet, ne Deum quidem. etiā lege Dei & imperio posthabito, pro arbitrio suo vivet.* Porro *נפלאות ידבר נפלאות* absolutē posita optimē verti possunt: *miracula jactabit, fallacia & e mentita, quibus simplices hominum animos dementabit & prae fascinabit patrandō ea modō naturaliter, quatenus causas naturales occultē dispositas sequuntur effectus apparenter seu quoad nos miraculosi; cum tamē nec ratione subjecti, in quod actō quasi-miraculosus introduci- tur; nec II. ratione modi introducendi, multo minus III. quo ad totā actus substantiam revera & simpliciter sint miracula, eō quod fiant praeter ordinem totius naturae creatae. sed mira tantum Modō artificialiter, in quantum tamen fallaces illas actiones potentia passiva obedientialis Naturae permittit. II. Thessa- lon. II. 9.*

§. 23. Hic denuō Grotius, haut paulo majori probabilitate à *commate 8. ad 12. Apostolo de Simone Mago* sermonem esse fingit, quem signis ac prodigiis fallacibus plurimos decepisse constat, ita ut si *Justino, Irenaeo, Tertulliano, Eusebio* fides habenda esset, quos *Cesar Baronius Cardinalis, Sixtus Senensis & Grotius* sequuntur, statua ei tanquam Deo *Romae* posita fuerit. Sed enim dudum suboluit cordatioribus, *Claudio Salmasio, Desiderio Heraldo, Dionysio Petavio, Joh. Gerardo Vos- sio*, deceptos fuisse *Patres* in inscriptione, quae hodieque *Romae* visitur, inventa olim prope fanum *S. Bartholomaei: SEMONI SANGO DEO FIDIO S.* quae agnomina *Herculis* fuisse pri- dem evictum à *Josepho Castalione.* uti mirer, *Grotium* iteratā

T. 6. Lat. V Vitteb. f. 214. l. 3. de P. R. c. 21. §. at S. v. Thom. 1. q. 105. a. 11. q. 111. a. 4. q. 114. a. 4. item 2. 2x q. 178. 2. 1. ad. 2. Just. Apol. 2. Irz. 1. 1. adv. har. c. 20. T. c. 13. apolog. E. hist. Eccl. 2. 12. B. T. 1. Annal. ad A. C. 144. S. Bibl. sacr. 1. 2. p. 141. ad Spartian. H. ad Tert. l. c. P. ad E- piph. T. 1. p. 4. V. de ido- lol. l. 1. c. 12. C. obs in Criticos de cur. III. c. 10